Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

quia zelatus est pro deo suo et expiavit
scelus filiorum israel. Erat autem nomen viri
israhelite qui occisus est cum madianite.
zambri filius salu dux de cognatione
et tribu symeonis. Porro mulier ma
dyanitis que pariter interfecta est
vocabatur cozbi filia sur principis
nobilissimi madyanitarum. Locutusque
est dominus ad moysen dicens. Hos
tes vos sentiant madyanite et per
cutite eos. quia et ipsi hostiliter egerunt con
tra vos. et deceperunt vos insidiis per ydo
lum phogor et cozbi filiam ducis ma
dyan sororem suam. que percussa est
in die plage pro sacrilegio phogor.
Postquam noxiorum sanguis XXVI.
effusus est. dixit dominus ad moysen.
et ad eleazarum filium aaron
sacerdotem. Numerate omnem sum
mam filiorum israel a xx annis et supra.
per domos et cognationes suas. cunctos
qui possunt ad bella procedere. Locuti sunt
itaque moyses et eleazar sacerdos in cam
pestribus moab super iordanem contra ie
richo. ad eos qui erant a xx annis et
supra. sicut dominus imperaverat. quorum iste est
numerus. Ruben primogenitus israel. Huius
filius enoch. a quo familia enochita
rum. et phallu. a quo familia phallu
itarum. et esrom. a quo familia esromi
tarum. et charmi. a quo familia charmi
tarum. Hee sunt familie de stirpe ruben.
quarum numerus inventus est. xl. tria milia
et dcc. xxx. Filius phallu heliab. huius
filii namuel et dathan et abyron. Isti
sunt dathan et abyron principes populi.
qui surrexerunt contra moysen et aaron.
in seditione chore. quando adversum dominum
rebellaverunt. et aperiens terra os suum devo
ravit chore morientibus plurimis.
quando conbussit ignis cc.tos l. viros. et factum
est grande miraculum. ut chore per
eunte. filii eius non perirent. Filii sy
meon per cognationes suas. namuel.
ab hoc familia namuelitarum. Yamin

ab hoc familia iaminitarum. Yachin ab
hoc familia yachinitarum. Zare ab hoc
familia zareitarum. Saul ab hoc familia
saulitarum. Hee sunt familie de stirpe
symeon. quorum omnis numerus fuit xx duo mi
lia. cc. Filii gad per cognationes suas.
Sephon ab hoc familia sephonitarum.
Aggi ab hoc familia aggitarum. Suni ab
hoc familia sunitarum. Ozni ab hoc fami
lia oznitarum. Heri ab hoc familia heritarum.
Arod ab hoc familia aroditarum. Ariel ab
hoc familia arielitarum. Iste sunt familie
gad quarum omnis numerus fuit xl milia
d. Filii iuda her et onan qui ambo
mortui sunt in terra chanaan. Fueruntque
filii iuda per cognationes suas. Sela a
quo familia selaitarum. Phares a quo
familia pharesitarum. Zare a quo fami
lia zareitarum. Porro filii phares es
rom a quo familia esromitarum et a
mul a quo familia amulitarum. Iste
sunt familie iuda quarum omnis numerus
fuit lxxvi milia d. Filii ysachar per
cognationes suas. Thola a quo fami
lia tholaitarum. Phua a quo familia
phuaitarum. Yasub a quo familia ya
subitarum. Semram a quo familia sem
ramitarum. Hee sunt cognationes y
sachar. quarum numerus fuit lx iiii milia.
ccc. Filii zabulon per cognationes suas.
Sared a quo familia sareditarum. He
lon a quo familia helonitarum. Ialel
a quo familia ialelitarum. Hee sunt
cognationes zabulon. quarum numerus
fuit lx milia d. Filii yoseph per
cognationes suas. manasses et ephra
ym. De manasse ortus est machyr.
a quo familia machyritarum. Machir
genuit galaad a quo familia gala
aditarum. Galaad habuit duos filios hi
ezer a quo familia hiezeritarum. et e
lech a quo familia elechitarum. et ariel
a quo familia arielitarum. et sechem
a quo familia sechemitarum. et semida
a quo familia semidaitarum. et epher